

NUMMI IRENICI
HENRICI IV. GALLIARUM NAVAR-
ræque Regis: factâ pace cum Philippo II. Rege
Hispaniarum: cusi: Anno Chri-
sti 1598.



Vm Belgii pacandi rationes ineuntur, matrimo-
niisque inter Archiducem Albertum (qui Cardi-
nalis habitu deposito ad secularem paulo post redie-
rat) & Isabellam Hispaniarum infantem leges scri-
buntur: Clemens VIII. Pont. Maximus in pacem
Gallicam faciendam magno studio incumbit. Non
enim mutuis tantum inter se cladibus florentissi-
mæ regiones atterebantur: sed universæ Christianæ
Reip. civilibus discordiis convulsæ ruinam & interi-
rum moliebatur immanis ille Asiæ Tyrannus. Ita Pontifice sequestro, in-
ternuntio Bonaventurâ Calatagirone Ordinis Franciscani ministro gene-
rali, de utriusque Regis consensu dies dictus est Veruini in Veromanduis,
ubi de pace tractaretur. Sancita pax mense Junio Lutetiæ Parisiorum, in-
que aliis Galliæ locis: in Hispania, Belgio & Sabaudia magnâ solennitate,
& incredibili penè omnium lætitiâ promulgata est: licet in eam Regina
Angliæ, & confœderatæ Belgici provinciæ non consenserint. *In nummo in-
feriore Pax alma laudis sacrificium Deo peragit: coniecto in ignem annulo, quî
fidei hieroglypton: ut & circulus symbolum aternitatis.*

Superiores aliâs à nobis explicati.

Author.